continet vnam partem noſtre habitabilis.ſ.medietatem: alie vo ptes.ſ.affrica ⁊ europa aliam medietatē ſunt ſortite. Inter has autem partes ab occeano mare magnū progreditur.eaſq; interſecat: quapropter ſi in duas partes orientis ⁊ occidentis orbem diuidas in vna erit aſia in alia vo affrica ⁊ europa. Sic autem diuiſerunt poſt diluuiū filij Noe: inter quos Sem cum poſteritate ſua aſiam. Japhet europam: ⁊ cham affricam poſſederunt. vt dicit glo.ſuper Geñ.x. ⁊ ſuper libro Paralippo.primo. Idem dicit Criſoſtomus Iſidorus ⁊ Plinius.